



Gravé par J.A. Chardin

GEORGIO III.  
BRITANNORUM REGI,  
*FIDEI DEFENSORI,*  
BRUNSVICENSIMUM & LUNEBURGENSIMUM  
*PRINCIPI ELECTORI*  
PIO, MUNIFICO, OPTIMO PRINCIPI.

Vigesimus & sextus annus elabitur, ex quo DIVI  
PATRIS TUI NOMINI hos meos labores dicavi.  
EUM artium patronum, & publicae felicitatis studiosissi-  
mum, adoratum ab omnibus bonis PRINCIPEM, mors  
acerba Britanniae eripuit.

\* 2

Genti undique illuſtrissimæ, libertatis in Europa vindici,  
Asiae & Americæ per terras, per maria victrici, TE  
PROVIDENTIA præfecit, qui ardentes animos TUA  
benignitate temperares, qui crudelissimi rerum belli pericu-  
la a terrarum orbe averteres, qui artibus & veræ erudi-  
tioni beneficam tutelam restitueres, qui & Coniux, & Pater,  
& Rex, virtutum in degenero ſeculo pene defterarum,  
unicum & perfectissimum exemplum redderes.

Patere adeo, ut & ego, post plurima DIVI AVITUI,  
PARENTISQUE INDULGENTISSIMI beneficia,  
ex TUA Georgia Augusta ab adverſa valeudine ad pa-  
triam repetendam compulſus, hoc ſummae venerationis, hoc  
liberi ab omni adulazione cultus, monumentum TIBI offe-  
ram, quod longo multorum annorum labore perpolivi.

Non ingrati erunt olim posteri, quando factionis vox  
conquievit, quando inquietus meliora bonis querentium  
ardor ſubſedit, una erit lacrumis mixta Britannorum vox,  
que TE veræ felicitatis auctorem, TE bonos inter Reges  
optimum, futuris Principibus imitandum proponet.

Exſlet etiam ex libera gente, terris maribusque a TUIS  
Britannis divifa, vox hominis, qui vitam vero impendit,  
TEque vere pium, vere benignum, vere communi generis  
humani felicitati procurandæ a SUMMO NUMINE  
deſtinatum, & præparatum veneratur.

BERNÆ Helvetiorum d. 17. Mart. 1768.

P R A E F A-